



1.  
1.  
2.  
31  
36  
44  
5.  
6  
7.

7c  
DISPUTATIO JURIDICA CIRCULARIS :  
DE

44 54  
OSCULO  
NOCIVO 125

VULGO  
Domi

Schädlichen Ruzß/

QVAM

FAVENTE DIVINO NUMINE  
MAGNIF. IN INCLYTA UNIVERSITATE PATRIA  
ICTORUM ORDINE CONSENTIENTE,  
PRÆSIDE

VIRO PRÆ-NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. CASP. MATTHÆO  
MÜLLERO,

JCTO CELEBERRIMO, AC INSTITUTIONUM  
PROF. DUC. PUBL. ORDINAR.

DN. PATRONO ET STUDIORUM PROMOTORE  
ÆTERNO ANIMI CULTU VENERANDO

DIE III. SEPTEMBR. ANNO MDCCIV.

PUBLICÆ VENTILATIONI PLACIDE SUBMITTIT

JOH. CHRISTIAN. Petersen/Rost,

Rostochi, Typis Joh. Wepplingi, SEB. PR. ac Acad. Typogr.

Sig. M. Cooper  
SS

TRIBUTATO IURISDICTIONE CIRCULARI  
DE

OSCULO  
NECIVO

VICCO

Wiedemann

AVENTE DIVINO NUMINE  
MAGNÆ IN INCLYTA UNIVERSITATE PATMIA  
ICTIONUM ORDINE CONSENTITE  
PLASIDE  
PROF. HONORARIO, ACADEMICO, CONSULTIVO  
IN ONE EXCERPTARIO

DN. CASP. MATTHEO  
MÜLLERO

ICTO CENSURARIO, AC INSTITUTIONUM  
PROF. DUC. SUBL. ORDINARI  
DN. PATRONO ET AUDITORIUM PROMOTORE  
ATRIO ANIMI CULU VERERANDO  
DE IN SYSTEMA ANNO MEDICIN  
POLICE VERMILATIONE SACR. SUBMITTIT

JOH. CHRISTIAN. MÜLLER

Koblenz, im Joh. Wappling, 1822. 12. 1. 1822

Handwritten notes in the bottom left corner.



V I R O  
MAGNIFICO AC ILLUSTR  
DN. JOHANNI  
KLEINIO,

SERENISSIMI ATQ; CELSIS-  
SIMI MECKLENBURGENSIUM  
PRINCIPIS, DOMINI NOSTRI LONGE CLE-  
MENTISSIMI CONSILIARIO INTIMO,

Nec Non  
CANCELLARIÆ JUSTITIÆ ET CONSISTO-  
RII MECKLENBURGICI  
DIRECTORI,  
UT ET

MAGNIFICO HODIE ACA-  
DEMIE PATRIÆ RECTORI,  
AVUNCULO AC PATRONO SUO  
PLUSQVAM FILIALI CULTU  
PER OMNES VITÆ DIES SUSPICIENDO;  
PROSEQVENDO  
PERENNATURAM FELICITATEM!

VIR MAGNIFICE  
AC ILLUSTRIS



Ecce ipsa mihi æquitas  
imperet, pluribus ut Patronis  
(quorum affectus rebus meis pro-  
spiciendo, Studiaque mea promo-  
vendo pronos identidem exper-  
tus sum) hæcce studii mei Juri-  
dici præmetia dicassem; Atta-  
men penficulatâ præviâ delibe-  
ratione prægnantes oppidò sese  
exferuere causæ, quas propter illa **ILLUSTRI TUO**  
**NOMINI** Soli insigniverim. **TIBI** enim Soli,  
quicquid in hoc Studiò profecerim, acceptum fero,  
qui non tantum primoribus Jurium elementis me  
imbûisti, sed & in illis progressum manuductione  
**TUA** vice Ariadnes - filo direxisti. Meritò igitur

tur id; quod ex Te Solò suam trahit originem; ad  
Te quoque Solum tanquam ad genuinum fontem  
revertitur; Neque Divinò hic Jurè in contrarias  
abeunte partes, quippe quod ex ore Paulinò *II. ad  
Timoth. II. 6.* nos monet: *Laborantem agricolam  
oportet primum de fructibus percipere.* Hisce  
novus denudò accessit affectus, partim ex Authori-  
tate, super delatà ante aliquod tempus provincià Re-  
spondentis, mihi præstità, partim etiam ex ipsà The-  
matis, quod Rubrum reddit, suppeditatione. Ta-  
ceo in præsens domesticam affectionem, ex confan-  
gvinitalis mihi Tecum intercedentis vinculo resul-  
tantem. Silentii quoque sipario involvo singula-  
rem planè & verè Paternum, quò me vel à tene-  
ris prolecurus es, amorem. Sufficiat, quò jam  
adductis abundè armatus argumentis ad Te So-  
lum cum qualibus qualibus hisce Academicorum,  
fructuum devolvat primitiis. Non equidem,  
quod lubens fateor, TUO illæ, quas Oculis TUIS  
objicio, aut Ingenio aut Dignitati respondent pagel-  
læ (quæ de causâ etiam, & cum, ut acu omnia te-  
tigerim, subvereat, rigidiorum à TE deprecor cen-  
suram); Enimverò, cum & Magnos non semper  
quotidianarum tædiò teneri rerum noverim, ne-  
que TU, confido, me cum chartaceò hócce  
munusculò à TUO limine repelles, quin potius,  
cum OMNIBUS IDEM sis, fronte illud à tenui-  
tate meâ accipies pro solito benignâ, non ignarus,  
beneficia beneficiis compensare mearum non esse,  
virium. Quod si verò Summum Numen ( à  
X 3  
quò

quò devotis obtinere non desistam suspiriis, ut Te  
in **SERENISSIMÆ DOMUS**  
**MECKLENBURGICÆ** PA-  
TRIEque communis nostræ perpetuum com modum,  
juxta cum **ILLUSTRI TUA DOMO** mutuum in  
solatium quàm diutissimè finat esse superstitem) vi-  
tam mihi concesserit, omnem movebo lapidem, ut  
quamvis viribus atque meritis inferiorem aliis, nul-  
li tamen in Te fide, cultu & obsequiis secundum  
experiaris

**ILLUSTRIS TUI NOMINIS**

**Devotissimum Clientem**

**JOHANN, CHRISTIAN. Petersef?**



L. B. S.



um de Osculis Disputa-  
tionem quendam in pu-  
blicum produco, actum  
fortè agere, & rem non  
novam aggredi Tibi vi-  
deor; Extant enim plu-  
rimæ jam de Osculis Dissertationes A-  
cademicæ. Sed erras qui sic sentis, pro-  
dière, fateor, de Osculis Disputationes,  
sed quæ de Osculis in genere loquun-  
tur, cum mihi tantùm de Nocivò sit  
sermo; Et quamvis non negem, non-  
nullos in his reperiri casus, qui huic  
quoque materiæ inserviunt, pro Liberta-  
te tamen Academica in quibusdam vel  
in totum dissentio, vel quoad rationem  
& modum decidendi. Intrepidus er-  
gò hoc, quod suscepi laboris, aggredior

A

si



si Summum prius imploravero Numen,  
 ut coeptis suâ adfistat gratiâ, quâ fretus  
 ad ipsam rem accedo, & sequentem  
 quidem in modum, ut, postquam in  
 Capite Primô Generalia binis illustravi,  
 in Cap. Secundô agatur de Osculo  
 Danti, in Tertiô, de Osculo Accipienti  
 Nocivô. Si quâ in re erravero, ætati  
 condonabis.

**CAP. PRIMUM**  
 TRACTANS  
**GENERALIA AD EXPLICATIO-**  
**NEM RUBRI FACIENTIA.**  
**SUMMARIA.**

**O**sculum unde dicatur? n. 1. Osculum quot modis accipiatur  
 2. Quid sit Osculum. 3. Osculum Manuum frequentissimum est in  
 inaugurat. Reg. 4. Osculum propriè non est: Wenn einer der Jungset  
 einen Kuß zu wirfft. 5. Osculum non est, quod per literas transmittitur.  
 6. Quomodo applicatio oris in Osculo ritè fiat? 7. Osculum in se  
 nihil mali continet. 8. Ex affectu dantis est vel Bonum vel Malum  
 9. Demonstratur exemplis 10. 11. Osculum Licitum est: Recon-  
 ciliatorium, 12. Valedictorium, 13. Conjugale 14. An inter desponsa-  
 tos Oscula sint licita, 15. Osculum aliquando excitat libidinem.  
 16. Quid sit Osculum Libidinosum 17. Vocab. Nociv, unde dicatur  
 18. Osculum est vel Nocivum Moraliter 19. Vel Physicè 20. Comites  
 de Habsburg vitia lingvæ Osculè sanant, 21. Vel Juridicè 22.

**O** se offerunt in Rubrō nostrō verba, primum est vocabulum *Osculi*, quod plerique deminutivum *oris* esse dicunt, quasi parvum os, unde Germanicum *ein Mündchen*/vid. Roman. in *Disp. de Osculis* §. 1. Galep. in *voce Osculum*. quod os contractum applicetur ad certum objectum; Sed re-ctius nobis sentire videntur, qui Osculum derivant ab *Ore & colendo*, ut Osculum dicatur quasi Oris cultus, non quidem respectu patientis, cujus non tantum Os, sed & Manus, Genua, Pedes &c. per oris applicationem colimus, sed respectu agentis, qui Ore suo alium ejusque membra colit.

§. 2. Accipitur autem Osculum vel latè, vel strictè, priori sensu Svaviū & Basium comprehendit, posteriori autem sensu ab his distinguitur, & Osculum Officii est, ut cum è longinquo redeuntes osculamur & salutamus, Basium pudicorum, ut patris in filium, Svaviū Voluptatis, à Svavitate dictum Galep. *d. 1.*

§. 3. Definitur Osculum, quod sit Actus, quò per applicationem oris affectum nostrum alteri testamur. Requiritur ergò *applicatio Oris* ad Os scilicet: vel alia membra, ut Manus, quod genus Osculorum ubique frequentissimum est, etiam in Inaugurationibus Regum, ita in Svecia cum Novo Regi Carolo Gustavo fides data esset, Nobilitas & Clerus, Urbani atque Rustici singuli Regis Manum osculati fuerunt, Thuld. *P. 1. L. 3. p. 195* relat. à Becmann. in *Synagm. Dignit. Diss. 3. c. 1. §. 4.* ubi simul subjungit Ferdinandum II. Imperatorem hunc honorem à Sacro Ordine non accepisse, uti Manum dextram omnibus sacerdotibus dedit, ita nulli Osculum permittit, illud bene-

A 2

- benevolentiae, hocreverentiae deberi professus; Pedes, quod in Sede Romana frequentissimum; Pallii, quod in Aula Imperatoria Legato Turcico conceditur, vid. Diar.
5. Europ. Contin. 12. pag. 41. Becmann. d. l. alterius, Unde Osculi nomen propriè non meretur, quando quis Osculum propriae dat Manui, & illud postea in aliam personam etiam remotiorem quasi projicit, wenn einet der Jungfer einen Kuß zuwirfft/ deficit enim applicatio oris, quam mediatae, ut Osculi propriè retineat nomen,
  6. fieri posse non credimus. Excludimus quoque hoc ipsò illa Oscula, quae amantes per Literas sibi invicem mittunt, ut quando Literis Amatoriis illam saepius subjici audivimus clausulam: *Siebey viele tausend Küsse.* Quamvis etiam inter alios quam amantes Oscula per Literas transmittantur. Posset huc referri, quod Carol. V. quotiescunque ad Pontificem M. literas dedit, solenni hac usus sit subscriptione: *Ego Manum & Pedes Vestrae Sanctitatis*
  7. de osculor Bodin. L. 1. de Rep. c. 9. Quomodo verò applicatio illa fieri possit, docet Stryk. *Tr. de Jure Sens. Diss. 7. c. 5. n. 15.* verbis Rogerii, *Multi, inq̄uentis, nesciunt Osculari, unde Tu apponas alterum manum ad mentum mulieris, alteram verò ad occiput cum elegantis labiorum impressione,* ubi rectè subjicit, neminem fore qui hic præceptorem desideret. Dicitur porro in Definitione, *quò affectum nostrum erga aliquem testamur:* Osculum quidem in se nihil mali complectitur, applicatio siquidem oris nostri ad aliquod objectum in se & suam naturam nihil illiciti continet; Sed quod aliis etiam actionibus contingit, ut, quae per se bonae sunt, aut indifferentes, ex mala operantium & agentium intentione malarum adscribantur numero, idem
  9. circa Oscula evenit, quae ex affectu dantis bonò vel malo, bona quoque vel mala dicuntur: Osculum Judae, quod

quod Christo Servatori nostro dabat; ex intentione  
 dantis, & quia prodendi animo dabat, malum est, & re-  
 prehensionem, sicut bonum erat & laudem meretur, ii.  
 quod Efavus fratri Jacobo in signum remissi odii & ran-  
 coris dabat. Et hinc nata est distinctio Osculi in Lici-  
 tum & Illicitum; Ad illud refertur Reconciliatorium 12.  
 seu Pacis, quod in signum remissi odii & stabiliendæ  
 Pacis datur: Valedictorium, & aliæ ejusmodi species; 13.  
 Nec quisquam dubitat ad licita quoque referri Oscu-  
 lum Conjugale, & quod fit inter desponsatos. Dubium 14  
 equidem videri poterat, an inter desponsatos licita 15  
 sint Oscula, quia per ea, quæ infra dicentur, per Os-  
 culum quasi delibatur virginitas, quod ante Sacerdotalem  
 Benedictionem non permissum, sed nec ante eam consequi-  
 tur sponfus jus in corpus sponsæ; Stryk. *In Diff. de Crim. Nec.*  
*(quæ est Disp. 7. Vol. 5.) c. 2. n. 25.* frustra videtur rege-  
 ri, id intelligendum de actuali concubitu, qui ante *ισραη-  
 λια* non est permissus, quia enim quicquid prohibitum  
 in termino, in viâ quoque intelligitur prohibitum, Os-  
 culum verò est præambulum Concubitûs juxta versiculum  
 Visus & Alloquium Tactus post *Oscula* Factum  
 adeoq; quarta via ad Concubitum, ideoq; & hoc censetur  
 prohibitum. Sed contrarium verius existimamus, ut ut  
 enim concesserimus, Osculum, in quantum præambu-  
 lum & præparatorium est Concubitus, non esse inter  
 desponsatos concedendum, non tamen omnis fruitio  
 sponsæ sponso deneganda, ut quæ fit per Osculum  
 amoris, nec à Concubitu prohibitio ad Oscu-  
 lum valebit argumentum. Osculum quoque exinde 16  
 aliquid illiciti à parte deosculantis continet, quatenus  
 in eo illicita quædam exinde suboritur libido, ut nec Cle-  
 ricos

A 3

ricos

ricos tempore actuum sacrorum in publicis & sacris  
 sæpe ædibus Oscula benedictionis causa etiam foemineo  
 sexui conferentes à præsumptione libidinis excusari  
 doceat Stryck *d. Dissert. De Civilit. Nocivâ. c. 1. n. 16.* Hinc  
 inter ritus venerationis Sedi Romanæ exhibendos ex-  
 presso Ceremoniali Romano cautum, ut Imperatore ipso  
 ad Osculum Pedum, Manus & Oris admissio, Imperatrix  
 tantum ad Osculum Pedis & Manus, non etiam  
 Oris admittatur, Becman. *in Not. Dignit. Dissert. 6. c. 6.*  
*ibid. 6.*

17. §. 4. A classe verò Osculorum Licitorum exclu-  
 dimus Libidinosâ, quæ præstantur inter amantes, ut  
 voluptatem aliquam exinde percipiant, aut faciant præ-  
 ludium futuræ copulæ, sequæ ad mutuos amplexus ac-  
 cendant. Roman. *de Oscul. §. 15.* seu: quæ sunt cum in-  
 tentione excitandi ac fovendi illicitam concupiscentiam,  
 vel propter delectationem carnalem, vel cum periculo  
 commotionis inordinatæ, & sunt Progymnasmata im-  
 pudicitia Amel. *de Conf. L. 5. c. 39. qu. 5.*
18. §. 5. Quod alterum vocabulum nempe *Nocivâ*  
 attinet, de ejus natalibus non erimus solliciti, satis enim  
 constat, quod à *Nocendô* dictum cum Germanicô  
*schädlich* conveniat. Addi etiam poterit Dn. Stryck *d. Dissi-  
 de Civilitate Nocivâ c. 1. §. 18. & 19.* Est autem O-
19. sculum *Nocivum* vel *Moraliter* tale, quæ est paulô ante  
 definitum *Libidinosum*, utpote quod inprimis extra  
 conjugium non sine peccatô fit: Vel *Physicè*, ut si quis  
 20. deosculetur *Lue Venereâ* vel aliô morbô contagiosô  
 infectam, utpote qui etiam per Osculum propagatur, Cui  
 21. opponimus *Osculum proficuum*, ut quando Comitibus de  
*Habsburg* hoc donum datum dicitur, ut si balbutiens  
 vel

⊙ (7.) ⊙  
vel impeditoris lingvæ ab unô ex illis Osculum accē-  
ceperit, officium loqvendi disertissimè ætati suæ cons-  
gruum mox potenter consequatur, ut ex Fel. Fabr. *in Hist.*  
*Sveb. L. 1. c. 15.* refert Limin. *de Jure Publ. L. 1. c. 2. n. 3.* Vel  
tertiô *juridicè*, de quô propriè hîc agemus, visuri, an- 22  
& quandô Osculum quoad Offectum Juris Nocivum sit,  
ad cujus rei tractationem nunc omisâ, dum brevitati  
studemus, generalium ulteriori explicatione, propius  
accedimus. Sit itaqve

## CAP. SECUNDUM DE OSCULO DANTI NOCIVO. SUMMARIA.

**N**egotium Matrimoniale ad causas arduas refertur n. 1. Pare-  
ntum consensus ad Nuptias requiritur. 2. Non tamen liberos in-  
vitos in Matrimonium detrudere possunt. 3. Sed liberorum quoque  
consensus requiritur. 4. Sufficit tamen tacitus. An ex Osculo pra-  
sumatur consensus & promisso matrimonii. 6. Quod ex circum-  
stantiis dijudicatur. 7. Extenduntur hæc ad oscula improprie dicta.  
8. An idem si per literas Oscula transmittantur. 9. Ex solâ  
appellatione Sponsæ non probantur Sponsalia. 10. *Quantum*  
*sine Sponsalia de Præseni* 11. Sponsalia ab Impuberibus contracta  
sunt Conditionata. 12. An si Osculum post pubertatem intervenerit cen-  
seantur sponsalia impuberum approbata. 13. Conditiô Sponsalibus  
adjecta per concubium censetur remissa. 14. Etiam si concubens in con-  
trarium protestatus sit. 15. Non purificantur tamen Sponsalia per Os-  
culum. 16. Cum nec visus ad hoc sufficiat. 17. Sponsalitiâ Lar-  
gitatem, non secus matrimonio, pro parte dimidiâ lucratur Spon-  
sa, si Osculum intervenerit. 18. Cujus ratio asseritur. 19. *Que ante*  
*Sponsalia donata sunt, non revocantur.* 20. *Que Sponsa Sponso do-*  
*nat, matrimonio non secus recipit, licet Osculum intervenerit.* 21. *Cuius*  
*ratio traditur.* 22. *An Sponsa etiam eorum, que Sponsi mater Spon-*

sa misit, dimidiam partem propter Osculum lucretur 23. In quibus casibus medietatem illorum qua Sponsus Sponse donavit, hec non lucretur 24. Quid obtineat, si sponsalia propter impedimentum sint nulla 25. Nil lucretur ex rebus donatis Sponsa qua lasciva. 26. Nec Virgo Putativa. 27. Quid sit injuria. 28. Ad injuriam requiritur dolus 29. Unde hic colligatur. 30. An Osculum sit factum injuriosum 31. Recensentur loca, ubi Oscula non sunt injuriosa. 32. Qui Virginem invitam Osculatur injuriarum tenetur. 33. An poenā capitis affici possit. 34. An Injuriarum agere possit, que consentiens Osculum passa est 35. An Injuriarum teneatur, qui per jocum Osculum dedit 36. Cessat Actio, si Virginis precedens solus causam Osculo dedit. 37. Mitigatur poena illi, qui ex nimio amore Virginem Osculatur 38. An poenam incurrat, qui ex meretricia Veste induram Osculatur. 39. Quid de taberna ministris. 40. An Virgo possit occidere Osculum inferre volentem. 41. An Virgo Osculum daturō Alapam instigare possit. 42. Ex Osculi datione presumitur injuria remissa. 43. Nisi post intentam Injuriarum Actionem Osculum fixum. 44. Aut honestas causa Osculum datum 45. Ob inhonesta colloquia eum Uxorē Domini non privatur Vasallus Feudō 46. Quid de Literis Amatoris. 47. Ob Osculum Uxori Domini datum Vasallus amittit Feudum. 48. Etiam consentientem Osculetur. 49. Aut Clericus sit. 50. Excusatur tamen Vasallus, si (a) id Ignorans fecerit. 51. Aut (b) Consuetudine loci permittat 52. Aut (c) Osculum sit Charitativum 53. Aut (d) Dominus Uxorem Vasalli prius Oscularis sit 54. An ob Oscula Filie Domini data Vasallus Feudō cadat. 55. An Dominus Feudi Uxorem Vasalli deosculans Dominium propterea amittat, Directum. 56. An Osculum praebeat suspicionem Sodomie, 57.

§. 1.

1. **A**Rduum ex omnium consensu negotium est Matrimoniale, quod proinde in Jure ad causas refertur arduas Vid. Lauterb. ad Test. ff. de Jurejur. Ex quā etiam ratione, ne juvenis cōstrō amoris percitus nimis huic cum
2. irreparabili suō indulgeat damnō, jura statuerunt, liberos



ros matrimonium inuituros Parentum implorare debere  
 consensum, *pr. 7. de Nupt.* ita ut sine eò matrimonium sit  
 ipsò jure nullum, *L. 8. C. de Nupt. Carpz. 2. Def. 40.* Non  
 tamen hoc ita intelligendum, ac si Parentes liberos inuitos  
 in matrimonium, à quò fortè non sine justâ causâ abhor-  
 rent, detrudere possint. *L. 13. ff. de Sponsal: L. 21. ff. de Rit.*  
*Nupt.* Pertinet huc elegans textus *Genes. XXIV. 57. ibi.*  
*Passet unè die Dirne ruffen / und fragen / was sie*  
*dazu suget. Prout eum ita explicat Luth. in Not; ibid.*  
 Hinc est, quod, si Parentes nuptiis liberorum sine  
 justâ causâ consentire recusent, Magistratus adiri possit,  
 qui defectum consensûs Parentum suppleat *Carpz. P. 2.*  
*Def. 52. & 53.* Debent enim intuitu quoq; contrahentium  
 libera esse matrimonia *L. 12. C. 14. C. de Nupt.* unde liberorù  
 contrahentium consensus etiam ad nuptias requiritur; 4  
 Ubi tamen necessum non est, ut liberi semper expressè  
 consentiant, sed tacitus etiam quomodocunq; declaratus  
 sufficit consensus, *L. fin. ff. de Sponsal: Ex quibus autem,* 5  
 indicii colligatur consensus, non prolixè exponendum,  
 quarimus saltem: Si Virgo matrimonii juvenis ambiat,  
 cujus hic probationem urgeat, an, si hæc Osculum sibi da- 6  
 tum probet, exinde contra juvenem matrimonii promif-  
 sionem negantem præsumatur, & matrimonii promissio  
 probetur? Veteres Osculum tesseram Sponsaliorum  
 dixerunt, unde solò Osculò Conjuges existimari dicit  
 Quintilian. *Declamat. 307.* allegatus à Müllero in *Dissert. de*  
*Osculò Sanctò c. 3. n. 7.* Nec aliter præsumi potest, cum enim  
 per Osculù quasi delibetur virginitas, & prima sit fruitio,  
 credible non est, virginè juveni concessisse potestatem  
 florem virginitatis decerpenti, nisi spe de matrimonio  
 ineundò factâ, Trentacinq. *Lib. 3. Resol. de Matrim. n. 2. Carpz.*  
 P. 10

B

P. 10

*P. I. C. 22. Def. 4. n. 4.* Sed cum congenita quædam erga virgines affectio teneat juvenes, proindeq; ex hæc potius, quam maritali amore profecta videantur Oscula, Hopp. *in Diss. de Joco c. 2. §. 13. in fin.* hinc nos ad circumstantias recurrendum esse existimamus, & (1) quidem attendendum, an Mos Regionis sicferat, quò deficiente (2) inquirendum, an Tractatus Sponsalitiis præcesserit, annon, ut priori casu, si Tractatum Sponsalitiis sequantur Oscula, eaq; non clam sed publicè, & in præsentia aliorum data, noceant hæctenus danti, ut præsumantur ex his Sponsalia, secus si de præcedenti Tractatu Sponsalitiis non constet. Ex Osculo porrò præsumuntur Sponsalia, si juvenis dixerit, si me vis maritum, præbe Osculum, & illa Osculum det, quamvis nullum omninò elocuta sit verbum. *Reyger. in Thesaur. Voc. Osculum n. 2.*

- §. 2. Quæ hæctenus dicta extendi possunt ad Oscula
8. improprie dicta, als wenn einer der Jungfer ein Müßchen zumißt; Nec enim hæc præsumitur acceptare aut pati virgo honesta imprimis, nisi spes de matrimonio facta; Sed quid si per Literas Oscula transmiserit virgini juvenis; *Hiebey etliche tausend Küsse/ de quò in Cap. præced. an & hæc nocent neganti promissionem matrimonii? Sine circumstantiis hanc rem determinare non audemus: Fieri enim potest, & sæpissimè fit, ut talia scribantur ex singulari quidem, non tamen Matrimoniali Affectione, ita, ut non sufficiat, etiamsi Author literarum eam, ad quam illas direxit, Sponsam suam vocaverit, ex solâ enim appellatione non fit Sponsa, Stryk. *in Not. ad Br. J. E. Lib. 2. c. 1. §. 12.* Hinc necessum erit, ut Osculis alia simul jungantur verba, ex quibus de Matrimoniali constare possit*

fit affectione. Vid. Excell. Dn. Præf. *Disp. de Sponsal sine Test. contract. c. 2, §. 6.*

§. 3. Variè autem dividuntur Sponsalia v. g. in Sponsalia de Præfenti & de Futuro: Non equidem nos latet, quàm variè hîc dissentiant Ddres circa Definitiones, sed ne à scopo nimis aberrare videamur, contenti hâc vice erimus Definitionibus allatis à Dn. Hopp. *in Exam. & Comm. Ins. ad Tit. de Nupt.* ubi Sponsalia de præfenti vocat, 11. quæ puro & simplici consensu contracta; de Futuro è contra conditionata dicit. *Conditio* verò, quæ Sponsalibus adjicitur, est (1) Vel expressa, vel tacita, hæc inest sponsalibus ab impuberibus contractis, sc. si puberes facti rati habuerint, c. 7. §. 8. X. de *Despons. impub.* hæc autem rati habitio utrû ex Osculis etiam colligi possit, dubitatur, affirmativa 13. probatur *ex cap. un. §. 1. De despons. impub. in 6to. add. Mascard. De Prob. concl. 1024.* Quamvis ne hîc præsumptiones planè dimittendæ sint, in primis autè attendenda etiã qualitas loci, utrû in eò verentur locò, in quò sine suspitionis sinistra notâ Osculû admitti non possit, sic enim, cum omnis suspicio sit exclusiva delicti, Masc. *concl. 496.* actus enim qui potest sonare in delictû, & non delictû semper explicandus ut absit delictû, Barbof. *L. 4. c. 13, axiom. 20.* præsumitur Osculû datû & acceptum in confirmationè sponsaliorum in impubere ætate contractorû, Dn. Stryk. *d. Disp. de Civ. Nociv. c. 2. §. 27.* vel (2.) Possibilis & Honesta, vel Impossibilis; Illa obligat quidè eum, in cujus favorem adjecta ad expectandû eventum conditionis, secundùm generalem hujus naturam, vid. Lauterb. *ad Tit. ff. de Pact.* Sed sicut aliàs unusquisq; favori pro se introducto renunciare *L. penult. C. de Pact.* ita quoque conditionem in sui favorem adjectam remittere potest, idq; vel expressè, vel tacitè: posterius fit, si pendente

B 2

con-

- 14 conditione cum sponsa concubuerit, per hoc enim purificata censetur Sponsalia, quæ præsumptio non tantum juris est, sed & de jure, *c. 3. X. de Cond. appof. Lauterb. ad Tit. ff. de Sponsal.* Ubi hoc ampliatur, etiam si de non remittendâ conditione protestatus sit; Ut ut enim aliâs protestatio jus protestantis reservet, *Carpz. P. 2. C. 28. Def. 10. n. 6. Dn. Stryk de C. C. S. 2. c. 8. §. 48.* Id tamen secus se habet, ubi protestatio facta contraria *Carpz. P. 1. C. 17. D. 16. n. 7.* ut in præsentî casu, *Dn. Stryk. in Not. ad Lauterb. Tit. de Sponsal. verb. protestatione.* An verò idem operentur præparatoria concubitûs v. g. Osculû, non immeritò dubitatur; Affirmativam videtur defendere *Müller de Osculò Sancto c. 3. n. 10.* propterea, quia Osculum copulæ comparatur, unde ita iudicatum refert ex *Aloyf. Ricc. P. 1. Des. 195.* quamvis allegatò locò nihil hæc de re legatur; add. *Roman. de Oscul. §. 46.* Sed contraria sententia nobis verior videtur; Non enim purificantur sponsalia, nisi copula carnalis verè secuta fuerit, hæc enim demum inducit consensum de præsentî, eidemq; comparatur, *c. 3. X. de Cond. appof. s. fin. X. de Sponsal.* & quicquid potuit, fecerit, ita, ut per eum non steterit, quò minus perveniret ad actum proximum & immediatum, uti loquitur *Excell. Dn. Stryk. in Tr. de Dissensu Sponsal. Sect. 4. c. 4. §. 4.* Si ergò lolò nisi ad copulam non tollitur conditio Sponsalibus adjecta, multò minus id operabitur Osculum, cujus cum Osculò comparisonem, si ea simpliciter intelligatur, nos negamus. *Conf. Diss. Inaug. Dn. Attelmeyeri de Reprobat. c. 1. n. 37. in fin. §. 4.* Offert se autem circa materiã Sponsaliorum alius casus, ubi Osculum danti est Nocivum; Nihil

Nihil sc. frequentius est inter desponsatos; quam ut  
 studeant inprimis masculi donis & muneribus amorem  
 Sponsæ sibi magis magisque conciliare: Vocat hæc Lauterb.  
*ad Tit. ff. de Sponsal.* Sponsalitiæ Largitatem; Sed cum  
 hæc munera dentur sub spe & intuitu matrimonii sub-  
 secuturi, hinc eò non secutò, si lis de repetendis hisce  
 muneribus oriatur, recurrendum ad *L. 16. C. de Donat.*  
*ante Nupt.* & distingvendum: An sponsus sponsæ Oscu-  
 lum dederit, annon? Priori calu, non secutò per  
 mortem matrimonio, dimidiam hujus Largitatis Spon- 18.  
 salitiæ lucratur sponsa, sicuti totam restituit non interve-  
 niente Osculò, Cujus ratio varia asfertur, communi-  
 ter tamen dicitur, lucrum hoc sponsæ aut heredibus 19.  
 ejus adjudicari in præmium per Osculum quasi delibata  
 virginitatis Brunn. *add. L. 16. n. 4.* Quamquam alii ma-  
 lint, verecundiam hîc & pudorem delibari, Gothofr. *in*  
*Not. ad d. L. 16.* dum Osculum initium quoddam est  
 consummationis Nuptiarum, & quodammodo Sponsæ  
 fruitio Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Sponsal. n. 6, verb. In-*  
*terveniente Osculò.* Et osculandò videtur quasi cœpisse ca-  
 strum, & caro pro medietate corrupta, Vincent. de Franch.  
*Decis. 503. n. 7. & 8.* Illud sanè non refert, utrum dona-  
 tionem præcedant, an sequantur Oscula, modo Spon-  
 salia jam fuerint inita, Brunn. *ad d. L. 16. n. 3.* quæ enim 20.  
 ante Sponsalia fit donatio, simplex est, quæ quidem ob  
 spem, sed non sub conditione nuptiarum fit, adeoque his  
 quamvis non secutis, non revocatur. Brunn. *ad L. 12. C. de*  
*Donat. ante nupt. n. 7.* Quod si Sponso donet Sponfa, 21  
 quod rarò fit, quia mulieres avaræ sunt, uti vult Go-  
 thofr. *ad. d. L. 16.* ita ut donans mulier miraculi in-  
 star

star & pro monstrô habeatur vid. Illustris DN. KLEIN,  
in *Diss.* more ipsi solitô i. e. eruditissimè elaborata de  
*Præsumt. Donat. c. 1. n. 91. sqq.* indistinctè non secutô ma-  
trimoniô, talis donatio ad donatariam revertitur, si ve-

23. Osculum intervenerit, si ve non; Cujus rationem hanc  
assignant, quod virgo plus amittat per Osculum, vere-  
cundiam scilicet & non ita facilè, matrimoniô hóc non se-  
cutô, nuptura sit; Et quod major honestas in sexu cœm-  
nèdè requiratur Brunn. *ad d. L. Fagund. Lib. 4. c. 13. n. 7.* Sed  
23. quid de his dicendum, quæ non ipse Sponsus, sed ejus ma-  
ter Sponsæ transmissit, forte, ut ornatiores incederet, an O-  
sculô secutô etiam horum medietatem lucratur sponsa  
Latè hanc quæstionem tractat Vincent. de Franch. *d. De-  
cis. 503.* Nobis placet Negativa, etiamsi enim ipse Sponsus  
hæc transmitteret, non tamen Sponsa ob Osculum di-  
midiam eorum partem lucraretur, cum aliô quàm do-  
nandi animô missa esse constet. Molin. *de Jus. & Jur.*  
*Tom. 2. Diss. 290.* Brunn. *ad L. p. C. de Don. ante nupt.*  
*n. 5.*

- §. 1. Coeterum quod dictum est, Osculô in-  
terveniente lucrari sponsam dimidiam partem Largita-  
24. tis Sponsalitæ, id limitatur (1.) nisi Osculum datum  
fuerit in gratiam; Sponsæ, ejus in morbo recreandæ gra-  
tiæ, ut Sponsa visô Sponsô gaudium caperet & ab  
infirmate gravi relevaretur. Hoc sanè Osculum, quod  
in gratiam solius Sponsæ datum, non debet nocere  
Sponso. Vincent. de Franch. *Decis. 503. n. 19.* Tale enim  
Osculum, quod infirmæ & ægrotanti datur, non pot-  
est propriè fruitio Sponsæ dici, aut per id amitti ve-  
recundia, cum longè aliâ detur intentione. Quæri-  
tur

tur hic (2.) si Sponsalia ob impedimentum sine  
 nulla, an propter Osculum lucrum aliquod præten- 24  
 dere possit Sponsa? Quod negandum videri poterat, quia  
 superius requisivimus, ut Donatio facta sit post Spon-  
 salia, secus ergo, si Sponsalia non sint contracta, per-  
 inde autem est, si non sint contracta Sponsalia, si-  
 ve, quæ contracta sunt, nulla sint. Distingvendum  
 verò putamus, utrum Sponsa sola sciverit impedi-  
 mentum, & nihil lucrabitur, cum tuâ culpâ amiserit  
 pudorem & verecundiam: An Sponsus, quò casu lu-  
 crum jure petit, cum sic à Sponsò decepta sit; Quod  
 si uterque contrahentium impedimentum sciverit, &  
 ita par sit utriusque turpitude, sicut hoc casu aliàs da-  
 ti Fisco concedunt repetitionem, Hahn ad Wesenb. *Tit.*  
*ff. De Condit. ob turp. caus. n. 4.* Brunn. *ad L. 3. ff. Eod.*  
*n. 2.* ne accipiens ex suâ turpi causâ lucrum sentiat,  
 Lauterb. *in Comp. ad Tit. ff. de Condit. ob turp. caus.* ita  
 idem in præsentī casu obtinere statuit Perez. *in Comm.*  
*Cod. ad Tit. de Donat. ante vel propter nupt. n. 15.* Id cer- 26  
 tum, (3.) si sponsa excessivò gestu lasciviam potius pro-  
 dat, quam modestiam, quia tunc cessat ratio ablati pu-  
 doris, in cujus compensationem alias dimidiam partem  
 lucratur Sponsa, ipsum etiam cessare lucrum, sicut &  
 (4) in virgine putativâ, cum enim propter ablatum 27  
 in virginitate pudorem matrimonium dissolvi possit,  
 cessabunt etiam privilegia matrimonii, licet dissent: Fa-  
 gundez *De Justit. Controv. L. 4. c. 13. n. 5.*  
 §. 6. Sed an idem hodie obtineat dubitandi oc-  
 casionem præbet Titius in Not. ad Lauterb. *Tit. De*  
*Sponsal. Observat. 746.* ubi in negativam inclinat, existi-  
 mans, sponsalitiā hanc largitatē ab arrhis sponsalitiis  
 quoad



quoad jus acquisitionis & amissionis non differre. de ar-  
 rhis autem certū est, quod matrimonio ob casum non se-  
 cuto, licet repetantur Jure Civili, non tamen repetantur  
 moribus, cum ibi conditio, quæ arrharum dationi inerat,  
 si sc. matrimonium sequatur Carpz. P. 3. C. 13. Def. 13. n. 5.  
 cesset, & sponsaliorum die data vim puræ donationis ha-  
 beant, quam revocare non licet L. 10. & 11. C. de Donat.  
 ant. Nupt. Carpzov. d. l. Sed cum pro observantiâ Legis  
 tamdiu præsumatur, donec contrarium probetur, cum  
 Leges semper loqui præsumantur L. 27. C. de Testam. ta-  
 lem autem contrarium usum & differentiam inter arrhas  
 & sponsalitiā largitatem sublatam, non probet & do-  
 ceat Titius, d. l. hinc nos pro observantiâ L. 16. C. De Donat.  
 ant. Nupt. præsumimus: Et valde infirmum videtur ar-  
 gumentum: Carpz. nullibi meminit differentię inter  
 arrhas & sponsalitiā largitatem, E. illa est sublata,

- §. 7. Sed mittimus hanc Materiam Matrimo-  
 28. nialem, & ad Injurias nos conferimus. Dicitur au-  
 tem Injuria, Delictum privatum dolō malō in alterius  
 contumeliā admiffum. vid. Hopp. ad pr. J. de Injur.  
 29. Requiritur ergō ad injuriā Dolus malus seu  
 animus injuriandi L. 3. §. 1. ff. de Injur. Colligi-  
 30. tur autem hic animus ex Verbis vel Factis Na-  
 turā suā aut Moribus Regionis injuriosis, Lauterb. ad  
 Tit. ff. de Injur. Hinc statim subnascitur quæstio: An  
 31. Osculum sit Factum Injuriolum? Superius in Cap. I. jam  
 respondimus, quod Osculum per se & naturā suā nihil  
 illiciti contineat, cum indicium sit charitatis & humani-  
 tatis, Rosenth. De Feud. c. 19. concl. 28. n. 6. & 7. adeoque  
 nec Injuriousum esse potest; Unde in Bataviā, Angli:  
 32. am



am & Galliam venienti licere foemina & filiabus harum Nationum figere Oscula testantur Müller de *Osculo Sancto* c. 8. n. 3. Herrenschmidt p. 367. ex Polyd. Virgil. L. 4. c. 13. Romanus de *Osculo*, §. 26. Imò de Gallis in specie tradit Salmuth in Panciroll: L. 1. p. 441. quod honori sibi ducant, si adveniens hospes Uxorem, Sorores, Filiasque Osculo salutet. Sed ubi talis Mos non invaluit, non licebit sine Injuriâ deosculari virginem, cum per id quasi delibari credatur pudicitia Virginis, per ea, quae supra dicta, unde in casu, ubi virgini invitæ Osculum datur, Injuriarum actio locum habet, vid. Illustris DN. KLEIN in *Dissert. de Praeser. matrim. in Concurf. Duor. Coroll. 6.* & ita pronunciarunt Jcti Lipsienses referente Strauch. *Dissert. 19. th. 14.* Struv. *Ex 48. th. 58.* ut non tantum ad aestimationem Injuriæ, sed pœnam quoque extraordinariam agi possit, Menoch. *de A. J. Q. Lib. 2. Cas. 287. n. 1. §. seq.* Borcholt. *De Feud. c. 8. n. 100.* Non tamen hanc pœnam ad mortis supplicium extendi posse existimamus, etiam si quis alienam uxorem invitam in via publicâ osculatus fuerit, prout tamen aliquando judicatum refert Clarus *Pr. Crim: §. fin. q. 82.* Relegationis pœnam pro ratione circumstantiarum obtinere censemus, uti in casu, quo quis virgini invitæ in stratâ publicâ Osculum dederat, judicatum refert Ludov. à Pegvera *Dec. 7. n. 13.* Matth. de *Afflict. Dec. 273.* Quamvis prior sententia etiam placeat Baldo in *L. si Fugitiv. C. de Serv. fugitiv.* quam latè refutat Farin *quæst. 143. §. 8.* Sed quid si Virgo consentiens Osculum passa sit? Sane injuriarum actio locum non habet, volenti enim & consentienti non fit injuria. *L. 1. §. 1. ff. de injur.* Quod si ad prævias perversiones consenserit, res dubiò non caret, in jure siquidem & illa invita dicitur

33.

34.

35.

C

19.

ar.  
le-  
atur  
erat,  
n. s.  
ha-  
nat.  
egis  
cum  
ta-  
rhas  
do-  
nat.  
r ar  
nter  
a,  
imò-  
au-  
erius  
leu  
ligi-  
Na-  
o. ad  
An  
jam  
nihil  
mani-  
oque  
ngli-  
am

tur, quæ blandis sermonibus inducta consensit; Ita non minus Crimeæ Raptus committit, qui ad prævias persuasiones consentientem, quam qui invitam rapuit, *L. un. §. penult. C. de Raptu Virgini.* ubi pœnâ Raptus etiam illum teneri dicitur, qui volentem rapuit, quia velle mulierum ab infidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducatur. Quòd si enim absq; persuasione suâ sponte consentiat, ordinaria pœna cessat. *Lauterb. ad Tit. ff. Ad Leg. Jul. de Vi. Publ.* Unde, ut ad thesin nostram revertamur, inferri poterat, non minus locum habere Injuriarum actionem, etiamsi blandis persuasionebus inducta in Osculum consenserit Virgo. Sed contraria opinio verior, si Virgo Osculum æqvò animò passa sit: Nec valebit argumentum à Raptu desumptum, in hoc enim majus raptæ & honestatis publicæ præjudicium versatur, cum raptus cum certò pudicitia crimine conjunctus sit, quod in Osculò secus, quod quandoq; etiam sinistra suspicione caret, nec pudicitiam semper lædit. *Dr. Stryk, in Dissert. de Jur. Blandit. (quæ est Diss. 7. Vol. 2.) c. 6. n. 13. & 14. Harpr. ad §. 4. 7. de Publ. Jud. n. 26.*

36.

§. 9. Quid autem de Joco dicendum, si Osculum per Jocum datum sit. In Superioribus jam fuit dictum, quod Injuria æstimetur ex animò & affectu Injuriandi; Hic in Jocante deest, ergò nec injuriarum tenetur; Sicut Ulpianus quoq; in *L. 3. §. 3. ff. de Injur. respondit*, qui per Jocum percutit, injuriarum non tenetur; Add *Menoch. de Præsumpt. L. 1. Præf. 39. n. 15.* Sed cum per Osculum pudicitiam lædi, vel virginitatem quasi delibari supra dictum sit, vix æqvò animò hunc Jocum teret virgo. Hinc utut concesserimus, jocum ab Actione Injuriarum excusare, quoties per Injuriam nihil aufer-  
tur

tur passo: Secus tamen esse existimamus in casu, ubi per jocum nocetur, ut in præsentî, ubi pœnam vix mitigandam esse statuit Hopp. *in Diss. de joco c. 5. §. 18.* Nisi tamen virginis præcedens jocus causam dederit Osculo, ut si dixerit: *Sie wolte den noch woll sehen / der sie jemahlen küssen sollte:* Sic enim, inprimis si in præsentîâ juvenum hæc verba profferret, nemo hanc simpliciter invitam dixerit; Præsumitur potius virgo hæc verba proferendô alterius se commississe potestati, ut periculum Osculi inferendi subiret. Hopp. *d. l. Dieth. in Supplem. Speidel. voc. Kus:* quitali Virgini svadet, ut abstersô potius vultu, & emissô sputô Osculum eluat, quàm Injuriarum intenter Actionem; Et cogitet, *Küssen sey ein Abwischen / Harpr. ad §. 4. J. De Publ. judic. n. 76.* ubi adducit Amasiam quandam apud Theocritum sic canentem

Ne Satyrisce tume. rem ajunt esse Oscula inanem,  
Et facie ablutâ tolluntur & Oscula sputô.

§. 10. In eô facile consentimus, quòd pœna Ordinaria illi mitiganda sit, qui nimio abreptus amore Virginem deosculatus est Menoch. *de A. J. Qu. L. 2. Cas. 287. n. 2.* Do. Stryck. *de Jure Sens. Diss. 7. c. 5 n. 13.* Cum enim furiosus injuriam facere non possit, *L. 3. §. 1. ff. de Injur;* utpote quem fari excusat infelicitas, *L. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.* excusabit etiam nimius amor, qui furori comparatur; parcendum proinde est amoroso, qui furore libidinis & amoris aliquid prohibitum fecit, cum id videatur fecisse quasi furiosus & demens, neq; vehementius quid est ardore libidinis, quem intra debitos limites carcerare est potius Philosophicum, quàm muliebre aut juvenile opus, verba sunt Carpzov. *P. 2. Qu. 61. n. 58. §. 47.*

cum & primi motus non fiat in hominis potestate, in-  
deq; ex furore libidinis causati excusent Lud. à Pegvera  
*Dec. 7. n. 18.*

39. §. II. An autem pœnam & is meretur, qui  
meretriciâ veste indutam osculatur, nunc videamus?  
Etiam in meretrices committi posse delictum nemo negat,  
sic, qui per vim meretricem rapuit, extra ordinem  
punitur juxta Lauterb. *ad Tit. ff. ad L. Jul. de Vi. Publ.*  
Et injuriarum tenetur, qui meretricem eam quoq; dicit,  
quæ de stupri crimine spontè commissio convicta, cum  
veritas convitii non excuset. *Ord. Crim. art. 110. Gail. 2. Obs. 99. Carpzov. L. 2. R. sp. 61.* Sed sicut hæc & similia  
intelligenda de eâ, cujus delictum expiatum, seu quæ pro  
admissio delictio pœnam Legibus dictatam sustinuit, cum  
hæc omnem reatum tollat, & pro absolutio habendus sit,  
qui pœnam persolvit, *L. 7. in fin. ff. de jure Patron. Wesenb. ad Tit. ff. de Pœn. n. 9. Harpr. ad §. 1. ff. de Injur. n. 60. sq.*  
Hinc dicere solemus: **Er hat sein Recht schon auêge-  
staunden.** *Hopp. in Dissert. de Verit. Convit. Memb. 2. §. 9.*  
*Add. Excell. Dn. Stryk. in Not. ad: Lauterb. d. l. verb. Me-  
retricem.* ita nobis quæstio est de eâ, quæ meretriciam  
adhuc præ se fert vitam; Quam quæstionem negan-  
dam putamus, etiamsi meretrix non sit, habitu tamen  
meretricio alterum induxerit, certè minus peccat juxta  
Jctum in *L. 15. §. 15. ff. de Injur.* ubi dicit: Si quis virgines  
appellasset h. e. blandâ oratione pudicitiam attentasset  
*d. L. 15. §. 20 Gothofr. in Not. ad d. L. 15. §. 15. lit. Q.* si  
tamen ancillari veste vestitas minus peccare videtur,  
multo minus si meretriciâ veste scæminæ, non matrum  
familiarum vestitæ fuerint: Facit huc exemplum *Tha-  
maris Genes. 38.* de quâ Juda, cum mercedem meretri-  
ciam

ciam oblaturus eam non inveniret, dixit: *Sie habe es  
 ihr/sie kan uns doch nicht Schande nachsagen &c.* Ex  
 vestitu enim præsumitur hominis qualitas, Menoch. *L. 6.  
 Pras. 89. n. 5.* Et qualis quisque extrinsecus videtur,  
 talis judicari potest, arg. *L. 50. ff. Locati.* Hinc & qui Cle-  
 ricum in habitu Laico convenienti incedentem verberat,  
 pœnas percussoribus Clericorum dictatas non incurrit,  
 uti ex *C. si quis fovente Diabol. c. 17. q. 4.* probat Brun-  
 na. *ad L. 15. ff. de Injur. n. 9.* Quemadmodum enim à dolo  
 quævis causa etiam injusta & feris immanibus magis  
 quàm hominibus consentanea exculat, Carpz. *P. 3. C. 22.  
 Def. 19. n. 6.* ita multò magis error,

*S. 12.* Sed quia in *preced. §.* de veste ancillari  
 dictum, notare hujus occasione lubet, quod Jure Civili 40  
 cum ministrâ tabernæ commissum adulterium punibile  
 non sit, quia enim ministerium potantibus & intempe-  
 rantia vina præbuit, pro vilitate ejus, quæ in reatum de-  
 ducitur, liberi, qui accusantur, abscedunt, vitæ enim vili-  
 tas dignam Legum observatione talem personam non  
 creditur. *L. 29. C. ad L. Jul. de Adult.* Verùm hanc Legem  
 hodiè abrogatam respondet Brunnem: in *Comment. ibid.*

*S. 13.* Vidimus hæctenus, quâ ratione Virgo  
 quæ Osculum passâ, illatam exinde Injuriam judiciali-  
 ter persequatur. Nunc videamus, quid liceat Virgini  
 pro avertendâ Injuriâ, quam ex Osculo metuit, & num  
 possit Osculum dare volentem cum interneccione re-  
 pellere? Dubium exinde oritur, quod non pauci sta- 46  
 tuunt Ddres, posse virginem pro defendendâ pud-  
 citiâ aut virginitate in vasorem occidere, propterea,  
 quod jactura hîc interatur irreparabilis, Grotius *L. 2. c.*

1. §. 7. Bœcler. in Not. *ibid.* Dn. Stryk. d. *Disp. de Civil. Noc. c. 1. n. ult.* Hopp. ad §. 2. §. de *Lege Aquilâ Verb: Latronem*; Per Osculum autem quasi delibari virginitatem, & lædi pudicitiam sapius jam dictum, unde & pro avertendâ hujus jacturâ Osculum inferre volentem occidi posse, haud videtur dubitandum. Sed contraria nobis videtur verior opinio; Nam (1.) neuiquam in eorum descendere possumus opinionem; Virginitatem defendi posse cum internecione infautoris, quia nulla proportio inter vitam hominis & amissionem Virginitatis, quæ bonum est merè corporale. Vitriar. in *Jus. Jur. Natur. L. 2. c. 1. qv. 15.* Ziegl. in Not. ad *Grotium L. 2. c. 1. §. 7.* Et licet (2.) concedere velimus, eadem violenti stupratoris esse permissam, erit tamen inter stuprum & Osculum violentum differentia, eaq; non minima, per hoc enim tantum quasi delibatur virginitas, quæ per illud planè aufertur.

42. §. 14. Sed quid de Alapâ dicendum, an hanc impunè dabit virgo Osculum figere volenti? Per Alapam certè gravis infertur Injuria, & gravior quidem, quàm per vulnus: Es thut einem ehelichen Mann eine Wunde nicht so wehe als ein Backenstreich Dieth. in *Add. ad Besoldi. Thesaur. Pract. Voc. Maultasch in sine.* Quia autem in §. *prec.* dictum, quod non liceat pro avertendô Osculo occidere, nec licebit vulnerare, seu Alapam dare, cum ex Vulnere mors sequi possit, dum vulnera non dantur ad mensuram, & locus sæpè lethale vulnus facit, ac declinatione aut inflexione corporis facilè contingere potest, ut ictus accadat gravior. Carpz. *Pr. Crim. P. 1. Qv. 4. n. 22.* Sed contraria opinio

nio non caret ratione; Qvis enim vitio verteret Virgini, quæ, cum Osculum, in primis in conspectu plurium, immineret, non Injuriandi, sed honoris defendendi gratiâ Alapam dat alteri? Injuriarum sanè Actio non dabitur accipienti Alapam, partim, quod Injuriandi deficiat animus, partim, quod imputare sibi debeat qui factô suô illicitô huic rei causam dedit. Multo magis excusanda venit Virgo, quæ Osculum sibi invitæ datum inflictâ Alapâ vindicavit: Justâ enim adhuc commovetur irâ, hæc autem, non injusta, & ubi ex eâ peccatur, quandò adhuc in calore est, mitigat pœnam; *Mev. P. 3. Dec. 358.* imò mutæ Injuriz, cœteris paribus, compensantur.

§. 15. Non tamen Osculum tantum Actionem Injuriarum locum habere, sed & aliquando eam cessare facit. Quod ut melius pateat, paucis ex jure Civili repetendum, Injuriarum Actionem tolli per Dissimulationem §. *ult. J. de Injur.* seu contemptum Injuriz, wenn er ihm die Injurie nicht zu Gemüthe ziehet; Sic enim tacite Actionem Injuriarum remisisse intelligitur. Colligitur autem hæc Dissimulatio ex familiari conversatione Injuriati cum Injuriante, si cum eô bibat, ludat &c. *Carpz. P. 4. C. 46. Def. 8.* Quantò magis ergò, si Osculum Injurianti figat? Osculum enim indicat consensum; *Mascard de Probation. Concl. 904. n. 21. § 22.* nisi ex honestatis necessitate datum sit Osculum.

§. 16. Sed sicut hoc quoad Actionem Injuriarum, in quantum ut adhuc intentanda consideratur, sine controversiâ esse remur, ita de intentatâ dubitari poterat, an, si durante & pendente Processu, injuriatus

juratus Injurianti Osculum dederit, remissa intelligi  
debeat Injuriarum Actio? Sicutiq; dicendum videbatur,  
cum eadem, quæ in priori, subfit ratio; Sed contraria  
opinio nobis placet, nam post intentatam Injuriarum  
Actionem, non Injuria ipsa, cujus vindicta judici com-  
missa, sed tantum rancor animi remissus intelligitur,  
Mascard. *de Probat. Concl. 904. n. 25.* Hopp. *ad §. ult. §.  
de Injur.* Nec omninò similis est, qui penitus tacuit ab  
initio ei, qui & postulationem deposuit, & in judicium  
venit, & certamina subiit, *L. fin. C. de Prescript. 30. annot.*  
Dn. Stryk. *de Jure Sens. Dissert. 3. c. 4. n. 14.*

45. §. 17. Illud dubiò caret, quod actio injuriarum  
non intelligatur remissa, si in Ecclesiã offertur Osculum  
& injuriatus illud admittit, quia honestatis gratia recu-  
sari non potuit. Tusch. *Pract. Concl. 164. n. 24. lit. 7.*

§. 18. Est & alia species Osculi, quod Danti No-  
civum, in Vasallò, de hóc quippe notum, quod Feudi  
Utile tantum habeat Dominium, Struv. *in Synagm. Jur.  
Feud: c. 12. th. 1.* Sicut Domino Feudi tribuitur Domini-  
um Directum Struv. *c. 2. th. 3. n. 4.* Vi cujus Domini  
Directi Vasallum ob delicta jure suo privare potest. In  
recensendis his delictis non erimus prolixi, unicum vi-  
debimus, de quo *l. F. 5.* hæc leguntur verba: *Item si fidelis  
cucurbitaverit Dominum. i. e. cum uxore ejus concubnerit aut  
contumbere se exercuerit, aut cum eâ turpiter luserit, vel si  
cum filiâ, aut cum nepte ex filio, aut cum nuptâ filio, aut cum  
sorore Domini concubnerit, jure Feudum amittere censetur.*  
Ubi quidem brevitatís studiò duo priora omittimus,  
quandò scil. Vasallus Feudum amittere dicitur, si cum  
Uxore Domini concubnerit, aut contumbere se exercu-  
erit, de tertiò tantum acturi; Et híc ab initiò inquisi-  
rendum.



rendum, quid per turpem lufum ibidem intelligatur?  
 Inhoneſta colloquia, aut cantilenam inhoneſtam Uxori 46.  
 Domini miſſam non ſufficere, nec ſub turpi luſu quoad  
 amiſſionem Feudi hic comprehendere ſtatuant Iſern. &  
 Matth. de Afflict. in d. §. item ſi fidelis. Urut enim Injuria-  
 rum teneatur, qui verbis inhoneſtis & obſcenis inprimis  
 apud Virginem honeſtam uſus eſt L. 15. §. 21. ff. De  
 Injur. Lauterb. ad. Tit. ff. de Injur. Non tamen ſtatim  
 ſequitur, quòd exinde ad Privationem Feudi agi poſſit.  
 Si verò Literis amatoris ad concubitum Uxorem Do- 47.  
 mini ſollicitaverit Vaſallus, Feudò eum cadere ſtatuit  
 Struv. in S. J. F. c. 15. th. 9. n. 9. Id certum, ad turpem  
 Luſum merito referri, ſi Vaſallus manus ad femur uxoris  
 Domini poſuerit, non tangenda, etiam maxillas, tetigerit;  
 volunt enim Feudiſtæ tum demum ob turpem Luſum  
 ad privationem Feudi agi poſſe, ſi non in colloquiis tan-  
 tum inhoneſtis permanserit, ſed ad actum aliquem facti  
 pervenerit. Vultej: de Feud. L. 1. c. 11. n. 31. Schrad. de Feud.  
 p. 9. c. 2. n. 86. Roſenthal. de Feud. c. 10. Concl. 27. n. 2. Sed 48.  
 quid de Osculò, an & hoc ſub turpi Luſu continetur, &  
 jacturâ Feudi punitur? Affirmativam tuetur Stryk B. J.  
 F. c. 23. qu. 15. Struv. S. J. F. c. 15. th. 9. n. 9. Anthon. Diſp.  
 Feud. 11. th. 5. lit. H. quia per Osculum delibatur pudici-  
 tia, & Vaſallus jurat, quod Dominum præſtare velit  
 tutum, incolumem & honeſtum 2. F. 6. quandò autem  
 pudicitia Uxoris ejus inſidiatur, fanè non videtur Domi-  
 num præſtare honeſtum; Nec neceſſum eſt, ut poſt  
 Osculum ſequatur Adulterium, ſed ſolum Osculum ſuf-  
 ficat ad privationem Feudi. Roſenthal. de Feud. c. 10. Concl.  
 29. n. 5. Et non excuſabitur ided, quod (1) uxorem Do- 49.  
 mini volentem osculatus fit, Illuſtris DN. KLEIN, d.  
 Corall. 6, quamvis enim volenti & conſentienti non fiat

D

in

Injuria: L. i. §. f. de Injur. & reg. 27. de R. J. in 610. Id tamen  
 procedit tantum quoad præjudicium consentientis, qui  
 de injuriâ conqueri nequit, non etiam quoad præjudici-  
 um tertii, cui ex injuriâ consentienti illatâ actio nata, uti  
 in præsentî calu, ubi per Osculum uxori Domini datum  
 Dominus simul læditur, ipsiq; ad privationem Feudi  
 30. nalcitur Actio. (2.) Quod Clericus sit; Quamvis enim  
 Jure Communi Feudali in Feudò non succedat Clericus  
 2. F. 30. Imò per assumptionem Clericatus amittat d. 20  
 F. 30. in fin. & 2. F. 21. Acquirere tamen potest, 2. F. 40. S.  
 fin. & ex consuetudine ad Successionem Feudi admitti-  
 tur, Dn. Stryk. E. J. F. C. 15. qv. 23. ut proinde de Clericò  
 Uxorem Domini deosculante non sit quæstio frustranea.  
 Qui verò à pœnâ amissionis eum exculant, moventur  
 ratione, quam reddit Glossa in c. Absc. 14. C. 11. qv. 3. quod  
 Clericus amplectens mulierem id præsumatur facere  
 animò benedicendi, & zelò charitatis; Mascard: de Pro-  
 bat Vol. 1. concl. 04. n. 6. Farinac. L. 1. conf. 25. n. 46. Sed à  
 tali charitate. & benedictione libera nos Domine respondet  
 Nevizan: in Sylv. Nupt. Lib. 1. §. Est nubendum. n. 76. alleg.  
 ab Excell. Stryk. in Tr. de J. S. Dissert. 7. c. ult. n. 24. Hinc  
 contrarium verius: Rosenth. c. 10. Concl. 29. n. 7. Cum  
 enim Clerici æq; ac Laici affectibus sint obnoxii, æqualis  
 contra illos militat præsumtio. Farinac. Oper. Crim. P. 6.  
 Qu. 136. n. 3. Imò Clericis extranearum mulierum in-  
 terdicta sunt confortia, L. 19. C. de Episcop. & Cleric. Et ac-  
 cessus eorum ad illas suspectus & punibilis est. C. Hospitii  
 olum. Dist. 32. C. Oportet. Dist. 81.

51. §. 19. Illud facile concedimus, excusari Vasal-  
 lum (a) si ignorans Uxorem Domini Osculetur, cum  
 absit animus lædendi Dominum. Dn. Stryk, E. J. F. C. 23. qv. 23  
 131



13. (b) Si consuetudo loci permittat Uxores Domino. 51.  
 rum vel alienas in conviviis vel alibi osculari; Rosenth.  
*d. Concl. 29. n. 6.* ubi *n. seq. 7.* aliam subiungit excusationis  
 causam, si scilicet (c) Osculum sit Charitativum, honesta 53.  
 Amicitiae sive Charitatis causa Uxori Domini fixum.  
 Excusabitur quoque (d) Vasallus, si Dominus prius Uxo- 54.  
 rem Vasalli osculatus sit; Schrader. *de Feud. P. 3. c. 2. n. 39.*  
 Requiritur enim in Feudis *mutua fidelitas 2. F. 6. in fin.*  
 Getreuer Herr/ Getreuer Knecht. Dn. Stryk. *E. J. F. c. 2. qv.*  
 21. Accedit, quod delicta mutua compensentur. *L. 39. ff.*  
*Solut. Matrim. Lauterb. in Comp. ff. Tit. de Compensat.*  
*Carpz. P. 4. C. 46. D. 10.*

§. 20. Majoris omnino momenti videtur quaestio 55.  
 utrum, quae dicta sunt de Feudō ob Osculum Uxori Do-  
 mini datum, etiam trahi debeant ad Oscula Filiae & aliis  
 personis in *d. §. item si fidelis.* enarratis data? Quod Ne-  
 gandum videtur propter *all. text.* ubi, quod de amissione  
 Feudi ob turpem Lusum dicitur, ad Uxorem Domini  
 restringitur; Quoad reliquas vero personas ibidem re-  
 censitas expressē Concubitus requiritur. Frustrā itaque  
 objicitur, quod, quae in praecedentibus dicta, in sequenti-  
 bus repetita intelligantur: Id enim non procedit, quan-  
 dō sequentia diversam habent rationem; Schrader *d. P. 3.*  
*c. 2. n. 33.* disparem autem esse rationem Uxoris Do-  
 mini & reliquarum ibidem enarratarum personarum,  
 patet ex exemplō Sororis, affectione multum distantis  
 ab Uxore, quae cum marito una caro facta. Nec obstat,  
 quod Injuria Liberis illata tangat Parentes; Nam respon-  
 detur non sequi: Ergo ob hanc Injuriam Feudō privandus  
 est Vasallus; Verfamur enim in poenalibus, in quibus stri-  
 cta locum habet interpretatio. Dn. Stryk. *e. J. F. c. 23. qv. 12.*  
*in fin. Add. Rosenth. de Feudis c. 10, Concl. 29. n. 9. § 99.*  
 D 2  
 Accedit,

Accedit, quod læsã Uxoris castitate thorus mariti vio-  
letur, quod in Filiã & aliis personis supra enarratis secus:  
Hinc graviorẽ meritò subit Vasallus pœnam, si Domi-  
num cucurbitare, quàm si cum Filiã concumbere tentet.  
Rosenth. *de Feud. c. 10. Concl. 28. n. 12.* Excell. Dn. Stryk.  
*in d. Dissp. de Jure Blandit. c. 7. n. 13.*

56. §. 21. Sed quid si Dominus Feudi cum Uxore  
Vasalli turpiter luserit, an hoc impune feret? Commu-  
nis Feudistarum Regula est: Ex quibus causis Vasallus  
Dominium Utile, ex iisdem Dominus amittit Dominium  
Directum; Dn. Stryk. *E. I. F. c. 23. qv. 50.* Schnob. *Dissp. Feud.*  
*10. 16. ult. Struv. S. I. F. c. 15. 1b. 18.* Dominus enim vicem  
fidei suo reddere debet, quod si non fecerit, meritò cen-  
sebitur malefidus 2. F. 6. *in fin.* Unde in mutuã fidelitate  
formam Feudi consistere statuit Dn. Stryk. *in E. I. F. c. 22.*  
*qv. 21.* Quod clarius exprimitur 2. F. 26. ubi apertè di-  
citur, quod proprietas Feudi ad Vasallum pertineat Do-  
minò committente Feloniam, per quam Vasallus amit-  
teret Feudum, si eam committeret, hinc 2. F. 58. Domi-  
nus Vasallo dicitur Conjux, dubium autem non est, Con-  
jugum utrumque ad parem obligari fidem. vid. Hintze  
*de Conjug. Feudalit. n. 81. § 199.*

77. §. 22. Restat crimen nefandissimum & quod  
scire non proficit L. 31 C. Ad. Leg. Jul. De Adult. Sodomiz  
sc. Committitur autem hoc crimen vel cum brutis, vel  
cum hominibus, cujus criminis consummati pœna de-  
terminata est in C. C. C. Art. 116. Ignis nimirum indistin-  
ctè, quam tamen in Praxi saltem imponunt, si cum bru-  
tis sit commissum, & per actualem membri ac feminis  
immissionem consummatum. Carpz. *Prax. Crim. P. 2.*  
*24. 76. n. 18. 199.* Quod si saltem membrum, sed non  
semen

femen fuerit immiffum , pœnagladii tantum obtinet ; Sicuti & fustigationis tantum pœna cum perpetuo exilio locum habet , fi ne quidem membrum fuerit immiffum , fed ad alios actus præparatorios deventum faltem fuerit. Vid. Clafen. *ad d. Art. 116.* Theodor: *in Coll. Crim. c. 6. n. 22.* Brunn. *ad L. 1. ff. de Extraord. Crimin.* ubi præjudicium. Illô tamen cafu, qvô vivicomburium obtinet, animal fimul comburitur ; Qvô verò gladii diftitatur , tantum occiditur animal, & occifum inhumatur ! Et qvô fustigationis ac relegationis pœna obtinet , neque in brutum advertitur. Vid: Carpz. *d. Qu: 76. n. 62.* Prout ira Anno 1699. Menf. Decembr: hîc judicatum fuiffe ab Illuftri DN. KLEINIO accepi. Sin autem cum hominibus committatur , capite homo truncatur. Carpz. *d. l. n. 15. f. 99.* An autem ex Osculô puero datô præfumatur Sodomia , quæritur ? affirmativam defendit Stypman: *in Differt. De Oscul. 1b. 118.* Si quis puerum occultè , frequenter , luxuriose osculetur.

**CAP. TERTIUM**  
DE  
**OSCULO ACCIPIENTI**

NOCIVO.

**SUMMARIA.**

**A** Dulterium est delictum difficili probationis n. 1. Et cur ? 2. Non probatur exinde , quod adulterantes membrum in membrò habere vifi sunt. 3. Quatenus hoc procedat. 4. An ex Osculô præfumatur Dulterium. 5. An Osculum fufficiens indicium ad Inquifitionem præbeat. 6. Ad Inquifitionem fola denunciatio lefi 7. Aut diffamatio fufficit. 8. Dulterium præfumitur, fi gula reperiat in domo alicujus formofa mulieris. 9. Tortura fivè indicij fufcepta efi nulla. 10. Indu

D 3

614

19.

esse quadruplicia. 11. *Quenam sine minus plena.* 12. *Que plena.* 13. *Osculum in Adulteriō non prabet indicium necessarium ad Toruram.* 14. *An probabile est plenum.* 15. *Pena Adulteriū quod duplex.* 16. *Propter Osculum ad capitis pœnam deveniri non potest.* 17. *Pœna Adulteriū mitigatur illi, qui cum alienâ uxore meretriciō more vivente rem habuit.* 18. *Quenam dicatur meretriciō more vivere.* 19. *An pœna illi quæ mitigatur, qui cum alienâ uxore, quæ Osculum ab aliō jam ante passa est, rem habuit.* 20. *An propter Osculū ad matrimonii dissolutionem agi possit.* 21. *Quod affirmatur.* 22. *An propter Osculum, quod uxor passa, dorem amittat.* 23. *Ob Adulterium Uxorū agere nequit maritus, si illi delictum remiserit.* 24. *Remissio quod duplex.* 25. *Ex copulâ carnali colligitur remissio.* 26. *Quenam ad hoc requirantur.* 27. *An solū Osculū remissum intelligatur Adulterium.* 28. *Potest maritus uxorem, pater filiam in Adulteriō deprehensam privatâ auctoritate occidere.* 29. *Quid ad hoc requiratur.* 30. *Quid in specie quoad patrem requiratur.* 31. *Quid quoad maritum.* 32. *An occidi possit Uxor vel filia si inter Oscula deprehendatur.* 33. *An virgo Legatum sub conditione si pudicè vixerit, sibi relictum, amittat, si Osculum patiatur.* 34. *Conclusio.* 35.

S. 1.

1. **A**D Delicta difficilis probationis meritō refertur
2. **A**dulterium, nemo est qui ambigit: Non tantum quod testes hinc intervenire non soleant: Sed &, quod, si qui fortè advenerint, de consummatione tamen delicti testari nequeant. Non enim sufficit, si testes de Adulteriō deponentes, rationem testimonii exinde sumant, quod dicant, se vidisse nudum cum nudâ in lecto concubuisse, aut se vidisse membrum virile ad vas muliebre appositum: Carpz. *Prax. Crim. Qu. 616 n. 2.* Cum nec sufficiat, etiamsi testes viderint, Adulterantes membrum in membrō habere; Quamvis enim indicium Adulteriū certissimum hoc sit, Mascard. *de Probat. V. 1. Concl. 57. n. 5.* Non tamen exinde probatur Adulteri-

um

um; cujus Forma consistit in feminis immisione; Lau-  
 terb. ad Tit. ff. ad L. Jul. de Adulter. Hæc enim aliquo  
 modo impedita esse potuit. Dn Stryk. de Jur. Sens. Dissert.  
 1. c. 4. n. 29. Sed, sicuti hoc, quoad Pœnam delicti hu- 4.  
 jus Ordinariam concedimus Carpz. d. l. Ita dubium non  
 est, quin varia dentur hujus delicti indicia, quæ tradun-  
 tur passim, in primis à Criminalistis. Nostrium est in-  
 quirere, an ex Osculô quoque Adulterii sumatur indici- 5.  
 um? Prolixô quidem, sed vagô Ddres passim hanc quæ-  
 sionem tractant calamô, & Negativa pluribus arridet,  
 quam proluxè defendit Harpr. ad § 4. 7. De Publ. judic. m.  
 60. & 79. Propterea imprimis, quod Adulterium debeat  
 veraciter probari, Nov. 117. c. 8. Cum in delictis requi-  
 rantur probationes luce meridianâ clariores, L. fin. c. de  
 Probat: nec sufficiant conjecturæ, nisi à Naturâ vel  
 Legereceptæ, ad quas Osculum referri nequeat. Menoch,  
 Lib. 5. Præf. 41. n. 34 & 79. Sed hæc iterum procedunt.  
 quoties & quatenus agitur ad Pœnam Adulterii infligen-  
 dam, ubi ambabus largimur manibus, Osculum non  
 sufficere, cum per antea deducta nec corporalisufficiat  
 conjunctio; Id tamen asserere non dubitamus, Oscu-  
 lum inducere præsumtionem Adulterii, cum per supra  
 sæpè adducta, sit præparatorium Concubitus. Neq;  
 obstat, quod Oscula ad bonum aliquando affectum di-  
 recta esse possint: Harpr. d. l. n. 64. Loquimur enim de  
 Osculô Libidinosô. Verum, ut distinctius procedamus,  
 tres hic distinguimus casus: (1.) An Osculum sit suf-  
 ficiens Indicium ad Inquirendum (2.) ad Torturam & (3.)  
 ad Pœnam. Quod primum attinet casum, dubium vi- 6.  
 deri poterat, an Osculum sufficiens ad Inquisitionem  
 præbeat Indicium; Cum enim Inquisitio tamam inqvi-  
 siti

siti quodammodo fugillet, non debet iudex ad eam nimis properare, sed indicia adesse debent. Ubi quidem Ddres requirunt, ut ante omnia de Delicti constet Corpore, Carpz. P. 3. Qu. 108. n. 4. quò locò dicit, expediti juris esse, non dari locum Inquisitioni, nisi liquido appareat crimen tale esse commissum, super quò Inquisitio Specialis formari possit. Modest. Pistor. Lib. 2. Conf. 4. in fin. A. quà neminem dissentire tradit Farinac; in Prax. Crimin. Lib. 1. Tit. 1. Quest. 2. n. 1. Ex solò autem Osculò Adulterium commissum esse non probatur, hinc nec Inquisitioni locum facit. Sed quamvis hoc facile concedamus, id tamen in quæstione remanet, qualiter quoad effectum Inquisitionis de Corpore Delicti constare debeat? Ubi indicia probabilia sufficere omnes concludunt,

7. ita, ut sola Denunciatio partis læsæ sufficiat, Brun: in

8. Pr. Inquisit. c. 4. n. 21. Carpz. Qu. 108. n. 54. aut Diffamatio Art. 6. C. C. C. ibi. Durch gemeinen Leumuhlt berüchtiget. Hinc nulli dubitamus asserere, judicem ad denunciationem mariti, quod viderit Uxorem Osculum Libidinosum ab aliò spontè accipientem, indeque Adulterium præsumentis, ad Inquisitionem procedere posse, cum Adulterium per antea deducta propter defectum testium difficilis dicatur probationis, seu tacti transeuntis, quod nullum regulariter post se relinquit vestigiū; Brun: in Proo. Inquisit. c. 6. n. 6. Carpz. P. 2. Qu. 76. n. 52. Et hinc sufficit de corpore delicti per indicia constare & conjecturas, Brun: d. c. 6. n. 7. Farin. qu. 2. n. 13. Carpz. d. l. n. 50. ex Osculò autem Libidinosò tanquam præparatoriò concubitūs quænam alia quàm hujus subsequiti potest capi præsumtio? Nec est quod objicias: Si Osculum est præparatorium concubitūs, futurum quidem, non præteritum exinde præsumi posse adul-



adulterium, quâ ratione in contrarium movetur Harpr:  
*ad §. 4. 7. de Publ. jud. n. 66.* Quis enim scire poterit, pri-  
 mum hoc fuerit Osculum, annon ? familiaris hæc con-  
 versatio an nunc demum incipiat, an continuatio sit  
 prioris ? Add. Mascard. *de Probat. Concl. 64. n. 1.* ubi alle-  
 gat consentientem Roland. à Valle *Vol. 1. Conf. 59. n. 2.* Imò,  
 si Adulterium exinde præsumitur, quod quis in domo  
 alicujus reperiatur, ubi est pulchra mulier, Bartol. *in L.*  
*2. ff. de Furt. quia mulier formosa vix possit vitam castè &*  
*incorruptè degere, propterea, quod pulchritudo cum*  
*puccitiam bellum inter se exitiale, inexpiabile & interneci-*  
*num gerat, adeò, utlis inter utramque perpetua sit, Ma-*  
*scard. Concl. 61. n. 3. ex Osculo formosæ imprimis mu-*  
*lieri datò etiam ex parte sponte illud accipientis Adulte-*  
*rium saltem quoad effectum Inquisitionis rectè præ-*  
*sumitur.*

§. 2. Sed videamus de secundò casu, & an Oscu-  
 lum Adulterium probet quoad effectum Torturæ? Hæc  
 sanè quæstio difficilioris est considerationis, quia judex  
 non facilè ad torturâ properare debet, quippe quæ est res  
 fragilis & periculosa & veritatem fallit, *L. 1. §. 23. ff. de Que-*  
*stion: & hinc sine legitimis indiciis ad eam non deveni-*  
*endum, Art. 6. & 599. C. C. C. adeò ut tortura sine indiciis*  
*sulcepta eamque sequens confessio sit nulla. Art. 20. C. C. C.*  
 Sunt autem indicia vel necessaria, vel non necessaria, Lau-  
 terb. *ad Tit. ff. de Quest. hæc sunt vel plena, vel minus plena,*  
*hæc: Deren keines allein zu redlicher Anzeigung/darauf*  
*peinliche Frage mag gebraucht werden/gangsbahm. Art.*  
*27. C. C. C. Illa autem dicuntur, quorum singula sufficien-*  
 tem ad torturam præbent probationem, vocantur red-  
 liche

E

liche

liche und gnugsahme *Abweichungen*: *Art. 19. § 20. C. C. C.*  
 14. Quibus ita paucis præmissis, id facile in præsentī quæ-  
 stione concedimus, Osculum necessarium ad torturam  
 indicium non esse, cum per supra dicta etiam aliò quàm  
 libidinis affectu Osculum datum esse potuerit: Videamur  
 15. ergò, an ad probabilia referri possit indicia? & si hoc,  
 an ad plena, an minus plena pertineat? Ubi asserere  
 non dubitamus, Osculum ad minus plena referri indicia,  
 ita ut per se solum ad torturam non sufficiat, sufficiat  
 autem cum aliis conjunctum, v. g. si masculus cum  
 alterius Uxore visus fuit per nemora & vias occultas spa-  
 tiari, & simul ipsam exoculari, luxuriosòque tactu  
 & amplexu lascivò circumplicare, verba sunt, *Carpzovii*  
*Qu. 122. n. 72.* His aliisve Osculo junctis circumstantiis  
 non potest non exinde sufficiens ad torturam oriri  
 indicium.

§. 3. Sed dum brevitati studemus, ad tertium  
 nos conferimus casum, contemplaturi, quid Osculum  
 16. operetur quoad effectum Pœnæ. Pœnam hîc distingui-  
 mus in publicam, quæ Magistratûs, & privatam, quæ  
 privatâ imponitur autoritate; Illa est vel Criminalis, vel  
 Civilis; Illa est Jure Civili antiquò pœna mortis. *L. 20.*  
*C. ad L. Jul. de Adult. S. 4. J. de Publ. jud.* Et quamvis  
 Jure Civili Novò hæc pœna quoad fœminam correctâ  
 17. *Nov. 134. c. 10.* Jure tamen Carolinò pœna mortis resti-  
 tuta, *Art. 120. C. C. C.* quod latius & pro diversitate Adul-  
 terii Duplicis & Simplicis examinare nostri non est in-  
 stituti; Id quidem certum, propter Osculum alienæ Uxor-  
 ri datum pœnam capitis irrogari non posse, non tamen  
 deest, quod & circa hanc materiam scopo inserviat  
 nostro.

nostro. Notum siquidem est, quod Pœna Ordini- 18.  
 naria capitis remittatur illi, qui cum alterius uxore  
 meretriciô more vivente rem habuit, *L. 22. C. Ad L.*  
*Jul. de Adult.* non obstante *L. 23. S. 2. ff. Eod.* de cujus  
 cum *d. L. 22.* conciliatione in conflictu D. V. videbimus.  
 Utut enim Adulterium etiam cum Uxore meretrici-  
 cîô more vivente committatur, quia ante senten-  
 tiam super dissolutione matrimonii latam adhuc  
 durat matrimonium: *Carpz Qu. 57. n. 16.* pœna tamen  
 Adulterii mitigatur. Vid. *Strauch. Dissert. 29. sb. 5.* Quia  
 enim causa divortii Adulterium se: jam existit, ob fu-  
 turû eventum jam dissolutum fingitur matrimonium,  
 ita ut cum ejusmodi perfidô conjugii sociô rem ha-  
 bens Adulterium perpetrare non videatur. *Carpz. d.*  
*Qu. 57. n. 22.* Dicitur autem hîc meretriciô more 19.  
 vivere illa etiam, quæ cum duobus saltêm Adulte-  
 rium commisit, quô casu secundo pœna Ordini-  
 naria mitigatur. Vid. *Dn. Stryk. in Nos. ad Lauterb. Tit.*  
*ad L. Jul. de Adult. verb. Masculus mitius punitur.* Sed  
 sicut hoc concesseris, si cum primô ad ultimam amo-  
 ris lineam perventum, ita id dubium videri poterat,  
 an mitius puniendus sit, qui concubuit cum Uxore al- 20.  
 terius, quæ ab aliô antea Osculum passa § Quæ pro  
 Negativâ pugnans argumenta brevitatîs studiô omit-  
 timus, Affirmativam hâc vice defensuri, si cum Oscu-  
 lô aliæ circumstantiæ adminiculantes concurrant,  
 ut tactus turpis, secessus ad thalamum ocluso ostiô  
 cum morâ redeundi conjunctus, in quibus terminis  
 ita judicatum refert *Carpz. Qu. 57. v. 74. sqq.*

S. 4. Quod Pœnam Civilem attinet, agit

E 1

maritus

maritus (1) ad dissolutionem matrimonii, (2) ad dotis amissionem: quantum ad prius, maximam res habet difficultatem, an propter Osculum, quod Uxor passa, Maritus ad dissolutionem matrimonii agere possit. Pro Negativâ non parum militat, quod non ob aliam causam matrimonium dissolvatur, quam ob adulterium & malitiosam desertionem *Matth. V. 32. & c. 19. v. 9, 1. ad Corinth. e. 7. v. 15.* Atqui Osculum non probat Adulterium, per ea, quæ supra dicta, ergo nec Divortio locum facit. Sed contraria verior est sententia, utut enim Osculum nihil operetur, quantum ad pœnam Adulterii capitalem, ubi per immisionem seminis facta consummatio requiritur; Quantum tamen ad pœnam divortii attinet, Osculum conjunctum cum circumstantiis superius enarratis Divortio locum faciet. Collimat huc elegans Responsum F.C.Tis Juridicæ Wittenbergensis traditum ab Excell. Dn. Strykiô in *Tract. de Dissens. Sponsal. Sect. 5. §. 3.* Ubi inter alia hæc leguntur verba: Weil aber dennoch anjeho nicht die Frage ist / ob eine Verjöhn des Ehebruchs / so viel die ordentliche Bestrafung dieses Lasters betrifft / sattsahm überführet / sondern ob soviel beygebracht / daß die Ehe Scheidung statt finden könne / in welchem letzteren Fall die Erweisung eines vollbrachten Ehebruchs nicht vonnöhten / sondern gnug / wenn das adulterium NB. præsumtive erwiesen / als wenn beyde Verjöhnen in einem Bette / oder NB. actibus adulterii præparatoriis begriffen. *c. liseris 12. X. de Praesump. August. Barbol. ad d. c. 12. num. 12. Sanchez de Matris*

*Matrimon. Lib. 19. Diss. 11. num. 45.* Quia enim ex  
tra controversiam positum esse remur, Osculum, im-  
primis si aliæ concurrant circumstantiæ, præpara-  
torium esse adulterii, ad Divortium agi posse,  
omnino asserimus.

§. 5. Quoad posterius, dotis sc. amissionem, 23.  
non minore res est involuta difficultate, utrum, quod  
de dote ob Adulterium Uxoris lucranda jure statu-  
tum, *Nov. 117. c. 8. §. 4.* ad Osculum quoque extendi de-  
beat, ita ut hoc passa Uxor amittat dotem, maritò  
eam lucraturò? Negativam non pauci ruentur, in-  
ter quos Excell. Dn. Stryk. *in Diss. de Jur. Marit. 120.*  
*bon. Uxor: quæ est Diss. 17. Vol. 5.) c. 2. §. 75.* ubi hanc  
tradit regulam: Quò casu ad dissolutionem matri-  
monii non potest agi, eò casu maritus dotem quoque  
non lucratur. *Nov. 117. c. 8. in pr.* Ob Osculum autem  
agi non posse ad dissolutionem matrimonii, quia in-  
ter causas in *Nov. 117. c. 8.* enarratas non reperiatur  
Osculum, nec Leges pœnales facile patiantur exten-  
sionem. Titius ad Lauterb. *Tit. ad L. Jul. de Adult. Obs.*  
*135.* Enimverò cum in §. *preced.* jam probatum sit,  
quod ob Oscula positis ponendis ad dissolutionem  
matrimonii agi possit, quia exinde præsumitur Adul-  
terium, hinc contraria sententia nobis arridet, quam  
defendit Excell. Dn. Stryk. *in Dissert. de Jur. Uxor. in*  
*Bon. Marit. (quæ est Diss. 18. Vol. 5.) c. 4. n. 87.* ubi pro-  
pter Oscula impudica, circumplexiones &c. ex qui-  
bus suspicio adulterii facile oriri possit, ad Divortium  
agi, & inde maritum dotem lucrari posse statuit, add:  
*Farinac. Oper. Crimin. p. 5. Q. 142. n. 140.* ubi hanc  
opinionem communem esse dicit, Bald: *in Cap. Jus.*

*de Procurat. n. 4. Lauterb. ad Tit. ff. Ad L. Jul. de Adult.*  
 Id facile largimur, si Osculum jure applicetur licitò,  
 non sequi Divortium, nec dotis amissionem, sed hoc  
 facit potius vulgatum illud: **Einen Kuß in Ehren kann  
 niemand wehren.** Dn. Stryk. *in d. Dissert. de Jur. Mar-*  
*rit. in Bon. Uxor. c. 2. n. 77. in fin.*

24. §. 6. Sed nondum hæc materia de Adulteriò  
 nos dimittit, adhuc occasione hujus & propter conne-  
 xitatem materiæ hic monendum restat, quod ob Adul-  
 terium Uxoris agere nequeat maritus, si delictum  
 Uxori semel remiserit. *L. Crimen adulterii. II. C. ad L.*  
*Jul. de adult. L. 40. ff. Eod.* Sicut enim aliàs injuriæ  
 remissione extinguntur, §. *fin. J. de Injur. Farin. P. 3. Qv.*  
*105. n. 339.* ita pariter maritus Adulterium quoad in-  
 teresse Civile & proprium remittere potest. Carpz.  
 25. *Qv. 55. n. 41. / 99.* Et hæc remissio fit etiam tacite (quæ  
 diversa est à remissione præsumtâ, quæ fit per mor-  
 tem. Matth. Berlich. *P. 4. Concl. 27. n. 102.*) Colligitur  
 26. autem tacita remissio, si maritus sciens commissum  
 Adulterium Uxorem nihilominus carnaliter cognos-  
 cat. Cum enim Injuriæ per amicam conversationem  
 tacite extinguntur, Hopp. *ad d. §. ult. J. de Injur.* mul-  
 tò magis per copulam carnalem, quâ nulla familiarior  
 27. conversatio dari potest, Carpz. *Qv. 55. n. 43.* censetur  
 maritus injuriam sibi per Adulterium illatam remi-  
 sisse, dummodò (1) maritus sciverit Adulterium, *L. 13.*  
*§. fin. ff. Ad L. Jul. de Adult.* Ignorantiam verò alle-  
 gans, eam probabit juramentò, *Mev. P. 3. Dec. 81. n. 16.*  
 (2) Copula carnalis aut receptio in thorum interve-  
 28. nerit, Carpz. *Qv. 55. n. 116.* Unde dubitari poterat, an  
 solò Osculò sine copulâ carnali, aut actuali in thorum  
 receptione, remissum intelligatur Adulterium? Quod  
 qvi-

quidem ex jamjam dictis negandum videbatur: Affir-  
 mativa tamen, ceu judiciò nostrò verior, nobis placet,  
 si maritus sciens Adulterium Uxori Osculum dederit,  
 remissam hòc ipsò intelligi injuriam, cum aliud quàm  
 Reconciliatorium hìc præsumi nequeat Osculum.  
 Nec obst. quod copulam carnalem ex Carpz. *d.l.* antea  
 requisiverimus: Nam id in casu ibidem adductò pro-  
 cedit, si maritus Uxori Adulterium quidem condonare  
 velit, sed cum expressà protestatione, quod ei cohabita-  
 re eamq; in thorum recipere nolit, quo casu pœna non  
 mitigatur, de quo propriè ibidem agitur, maritus autem  
 qui Osculum dedit, tenetur uxori cohabitare. Injuriam  
 enim, in quantum ad ipsius pertinet præjudicium, remi-  
 sisse, & cohabitationem promississe videtur.

§. 7. Pagellarum angustia, ut finem tandem  
 meditemur, monente, pedem promovemus ad Pœ-  
 nam Adulterii, quæ privatâ imponitur auctoritate,  
 ubi ex Lege Civili notandum, quod pater filiam alteri  
 nuptam, maritus uxorem in Adulteriò deprehensam  
 occidere possit. *L. 20. § 199. ff. ad L. Jul. de Adult.* ubi in  
 genere requiritur, ut deprehendantur adulterantes in  
 ipsò actu illicitò, *L. 23. ff. Eod.* Quod extendunt Ddres,  
 ut non sufficiat, etiamsi nudus cum nudâ deprehen-  
 datur. Lauterb. *d.l.* In specie verò quoad patrem re-  
 quiritur (1) ut filiam in potestate habeat, *d. L. 20. § 21.*  
*Eod.* (2) ut deprehenderit filiam in suâ vel generi  
 domò, *L. 22. §. 2. § L. 23. §. 2. ff. d.l.* (3) ut cum adulterò  
 filiam unò quasi ictu interficiat, *L. 23. §. 4. § 32. pr. Eod.*  
 aliàs extraordinariè punitur. Lauterb. *d. l.* In maritò  
 autem requiritur (1) ut adulterantes in domò suâ de-  
 prehendat, *L. 24. pr. ff. ad L. Jul. de Adult.* (2) ut Adul-  
 ter

29.  
30.  
31.  
32.

ter sit vilis persona, d.L. 24. pr. (3) ut adulterum occidat, non etiam adulteram, L. 22 §. 4. ff. Eod. ubi simul additur ratio, cur patri hoc concessum, sc. quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, ceterum mariti calor & impetus facile decernevis fuit ve-

33. frenandus. Sed an hæc potestas occidendi quoque est concessa patri aut marito, si inter Oscula deprehendatur Uxor aut filia § Affirmativam videtur defendere Harpr. ad §. 4. 7. de Publ. iud. n. 55. pro quâ opinione allegat L. 23. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. ibi: In ipsis rebus Venereis. Osculum autem est actus Venereus. Cam. Nec aliqua parte. e. 27. qv. 1. Sed verior nobis videtur Negativa, d.L. 23. pr. ubi in seqq. quid per res Venereis intelligatur, ipse explicat Ictus, & nos in principio b. §. exposuimus: Nec videntur hæc Leges nimis extendendæ, utut enim impunitatem in forô solitribuant, conscientiam tamen non reddunt securam. Lauterb. ad Tit. ff. ad L. Jul. de Adulter. Brunn. ad L. 24. ff. Eod. n. 3.

34. §. 3. Colophonem nunc vellemus imponere, unicus nisi adhuc restaret casus: An virgo Legatum sub conditione: Si pudicè dixerit, ipsi relictum, amittat, si Oscula patiatur? Quod affirmare nulli dubitamus de Osculis Libidinosi, hæc enim quæ frequenter patitur, vitam agere pudicam dici non potest. Menoch. de Presumpt. Lib. 5. Presumpt. 41. n. 38.

35. §. 9. Habes hic L. B. quæ de Osculo Nocivo placuit proponere, repeto petitum, ut erroribus ignoscas. DEO verò T. O. M. grates pro præstito auxilio persolvo devotissimas, EIDEMQUE studia mea submississimè ulterius commendo.

**FINIS.**



Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle 3  
004 505 76X



Sb.

f







A CIRCULARIS :

<sup>144. 54</sup>  
**ULO**  
**VO** <sup>125</sup>

*1704/4a*  
**Sub!**

NUMINE  
VERSITATE PATRIA  
ONSENTE,

SSIMO, CONSULTISSIMO  
TISSIMO

**ATTHÆO**  
**RO,**

INSTITUTIONUM  
INAR.  
RUM PROMOTORE  
VENERANDO  
NO MDCCIV.  
ACIDE SUBMITTIT

**N. Petersen/Rost.**

R. PR. ac Acad. Typogr.

*Lg. M. Eger*